

Carmen dicatum Sancto Iohanni De Carica, castrum ex Fabrateria Nova, antiqua colonia Romana, orto

- 1 Omnia sunt Volscis claris exorta Fregellis:
urbs, poscens illud Romae pro iure Latino
sed frustra, tum defecit movitque tumultum
cum pagis contra Romam surdam atque silentem.
- 5 Deinde Fregellani sunt fusi sive fugati.
Diripuit fines, devovit Opimius ille,
ut daret omnibus indomitis exempla severe.
Atque sequenti anno deducta est terra colonis,
consulibus Calvino et Longino, prope Lirim
- 10 ad ripas dextras, in fundum fertiliorem
frugiferumque Fregellarum quondam validarum.
Sic Fabrateria est orta et semper memoranda
cuique Novae nomen, quo discernant veteri ipsam.
Agrestis primum fuit urbs et bellica posthaec,
- 15 grandis terra, potens, vere plena imperiorum:
censores hic sunt, aediles atque duumvir,
praefectus, curator municipique senatus.
Plana, propinqua viae clarae fuit illa Latinae,
inter Aquinum stabat (quo genitus Iuvenalis,
- 20 qui contra mores corruptos versificavit),
et patriam Ormisdae, claram Volscam Frusinonem.
Amni praeterea sunt impositi duo pontes,
est scripta in Tromentinam: titulis manifestum.
Doctrinam Iesu vero testatur amore:
- 25 parvula Mustela est hic, quae Christo requievit
iam tum consulibus Tatiano et Symmachiano.
Multis post annis ut transit gloria mundi
sic Fabrateria est breviter prolapsa obiitque.
Nam gens irrupit Romanas barbara fines
- 30 vastans, et populus confugit in edita rapte:
castrum «Iohannes Divus» sic tollitur illic
«Carica» dictum sic, ut iussit dux Atenolfus,
quod nomen manat, dicunt, a valle locata
aut patria Baptistae; sed multi reputantes
- 35 praeterea clarae ex cuiusdam nomine gentis.
Post, castrum sortes et res sectatur Aquini
et multos annos - hic atque in partibus austri -
Normanni ducesque Suebi, quorum est stupor orbis,
Gallica stirps, Hispanica sunt quaedam dominati.
- 40 Saecula fugerunt: et nascitur Itala tellus!
Tempore tunc ipsum factum fuit et memorandum:
pristina regna volens decessit Belgicus ille.
Sancti Iohannis cives dant sanguinis imbrem,
multi mundanis bellis moriuntur honore,
- 45 cordibus heroum magnis, virtutibus altis.
Heu! Lacrimae, plagae, quot luctus arce fuerunt!
Sed castrum non flectitur, os prolesque Fregellis:
magnanimi cives, fortes nec non operosi!
Et digni patribus quaerent illi esse decoris
- 50 atque probi, semper bona agentes atque merentes.
Pacem omnes cupiant illis nunc atque salutem.

Carme dedicato a San Giovanni Incarico, sorto da Fabrateria Nova, antica colonia romana

1 Tutto ebbe origine dalla gloriosa Fregelle dei Volsci:
città che reclamava da Roma il diritto latino,
ma invano; allora si ribellò e sollevò tumulti
insieme ad altri borghi contro una Roma sorda e silente.

5 I Fregellani furono poi dispersi o messi in fuga.
Opimio devastò i territori e li consacrò alla rovina,
per dare agli indomiti un esempio severo.
L'anno seguente, sotto il consolato di Calvino e Longino,
fu assegnata ai coloni la terra presso il Liri,

10 sulla riva destra, in un suolo più fertile
e fecondo, già appartenuto all'antica e potente Fregelle.
Così nacque Fabrateria, degna d'essere ricordata,
detta "Nova" per distinguerla dalla Vetus.
Fu dapprima città agreste, poi anche guerriera,

15 terra grande e potente, ricca di magistrature:
qui vi furono censori, edili e duumviri,
prefetti, curatori e il senato municipale.
Situata in pianura, vicino alla celebre via Latina,
tra Aquino (dove nacque Giovenale,

20 che lanciò i suoi strali poetici contro i costumi corrotti)
e la patria di Ormisda, la rinomata Frosinone dei Volsci.
Due ponti inoltre furono costruiti sul fiume,
e fu iscritta nella tribù Tromentina, come attestano le epigrafi.
Invero testimonia con devozione la dottrina di Gesù:

25 qui la piccola Mustela riposò in Cristo
già sotto i consoli Tatiano e Simmaco.
Ma molti anni dopo, come passa la gloria del mondo,
così anche Fabrateria rapidamente declinò e cadde.
Un popolo barbaro irruppe nei confini romani,

30 devastando tutto, e la gente fuggì verso luoghi elevati:
così sorse il castello detto "San Giovanni",
per ordine del duca Atenolfo,
chiamato "Carica", nome che, si dice, derivi dalla valle circostante
o dalla patria del Battista;

35 ma molti ritengono che provenga dal nome di una nobile gens.
In seguito il castello seguì le sorti e le vicende di Aquino
e per molti anni – qui e nelle terre meridionali –
fu sotto il dominio dei Normanni e degli Svevi - meraviglia del mondo,
e poi dei Francesi e in parte degli Spagnoli.

40 Passarono i secoli, e nacque l'Italia!
In quel tempo avvenne un fatto degno di memoria:
un nobile belga morì, agognando gli antichi regni.
I cittadini di San Giovanni versarono sangue,
molti morirono con onore nelle guerre del mondo,

45 con eroismo e virtù sublimi.
Ahimè! Quante lacrime, ferite e lutti nella rocca!
Eppure il castello non si piega,
né la stirpe di Fregelle si è mai persa d'animo:
cittadini generosi, forti e operosi,

50 cercano di essere degni dei loro padri,
vivendo onestamente e compiendo il bene.
Per loro ora tutti desiderino pace e salvezza.